

vite coaptari possunt, supra memorate abbatię pro nostra omniumque antecessorum nostro-  
rum salute in perpetuum confirmavimus. Quia vero eadem abbatia per ipsum marchionem  
fundata et de beneficio imperiali dotata esse dinoscitur, statuimus et nostro imperiali edicto  
precipimus, ut in predictis bonis abbatię nullus aliquam habeat potestatem preter ipsum  
5 abbatem, spiritalem patrem eiusdem loci, quem fratres ibidem deo famulantes libera  
electione elegerint, salvo iure Missinensis episcopi de spiritalibus, que ad eum pertinent.  
Marchio autem et sui successores, quicumque marchiam eandem habuerint, sint tantum-  
modo advocati et defensores eiusdem loci. Ut autem hec nostra donatio et confirmatio  
rata semper et inconvulsa omni tempore permaneat, presentem inde paginam conscribi et  
10 sigilli nostri inpressione insigniri iussimus abhibitis idoneis testibus, quorum nomina hec  
sunt. Reinaldus Coloniensis archiepiscopus. Eberhardus Babenbergensis episcopus.  
Heinricus Wirzburgensis episcopus. Heinricus Leodiensis episcopus. Ortliebus Basiliensis  
episcopus. Garsendonius Mantuanus episcopus. Albericus Laudensis episcopus. An-  
selmus Astensis episcopus. Cunradus palatinus comes de Rheno. Teobaldus dux Boemie.  
15 Teodericus marchio frater marchionis Ottonis. Comes Albertus. Comes Vdalricus de  
Lenzeburc. Willelmus. Marchio Montis Ferrati. Guido comes Blandratensis.

:Signum domni Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.: Ego Vdalricus cancellarius  
vice Reinaldi Coloniensis archiepiscopi et archicancellarii recognovi. (M.)

Anno dominice incarnationis m̄c̄lxiī,

(SJ.)

20 indictione x̄, regnante domino Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo anno regni  
eius x̄, imperii vero vii;  
datum Laudę III. kal. marci; feliciter amen.

## 309.

*Kaiser Friedrich I. schenkt den Cremonensern die Burg Crema und verbietet jedermann das Wieder-  
25 aufbauen derselben, wie überhaupt jeden Bau einer Burg zwischen Adda und Oglio, hofft endlich  
auch die Mailänder in dem mit denselben abzuschließenden Frieden zur Einhaltung dieses Privilegiums  
verpflichten zu können. — Zeugen: Markgraf Dietrich und dessen Bruder Markgraf Otto, sowie  
Graf Dedo.*

Lodi, 1162 März 7.

*Hdschr.: Photographie des Originals im Stadtarchiv zu Crema (Sig. A. 11).*

30 *Gedr.: Stumpf, Acta imperii 187. (Hiernach gedruckt.)*

— — Huius rei testes sunt. Reinaldus Coloniensis archiepiscopus. Eberhardus  
Babenbergensis episcopus. Heinricus Wirzburgensis episcopus. Heinricus Leodiensis  
episcopus. Ortliebus Basiliensis episcopus. Anselmus Astensis episcopus. Albericus  
Laudensis episcopus. Cunradus comes palatinus de Rheno. Marchio Theodericus et frater  
35 eius marchio Otto. Teobaldus dux Boemie. Comes Teto. Udalricus dux. Udalricus  
comes de Lenzeburc. Comes Albertus. Comes Rudolfus de Phullendorf. Gilius et  
Anselmus de Dovaria. Tinctus de Cremona. Pontius de Giroldis. Brinnolus. Bern-  
hardus Picinus. Marchesius Marinianus. Marchisius Vetulus. Picius de Burgo. Iaginus  
de Persico. Otto de Persico istis consulibus existentibus.